

me manere. & cum te totum actua omnia praepto animo obtuleris. audies ite-
 rum. quia hodie salus domui huic facta est. propter quod & ipse filius est
 abraham, Idem enim ipse sermo & terribilis est pro magestate naturae
 his qui indigni sunt. & pro nimia bonitate apta se & inserit his quos inuenit
 preparatos. Id est quicumque se nequam spiritum mundi huius fugauerint. &
 animas suas diuina agnitione purgauerint & purgatas non carporum at que
 otio dereliquerint. sed bonis actibus & sensibus occupauerint. ut in eis ille
 nequam qui fuerat eiectus. Inueniens eam mundatam & uacantem. rursum
 adsumat alios spiritum nequioresse. & habitet in domo illa numero spirituum
 malignorum. contrarium numero spiritum bonitatis. Sicut enim est christus. & ante
 christum. ita si dici potest. & spiritus. & ante spiritum. propterea ergo non sufficit effugere
 malum. sed continuo etiam operari bonum. ut per singulas uirtutum species
 Intro ducamus christum in habitaculum cordis nostri. Ita ut nihil uacuum in ueni-
 at in nobis spiritum nequam. In quod se uelut in uacuum possessionem ingerat. & in-
 mergat. & faciat nouissima nostra peiora prioribus. Ideo ergo omniscia studia
 seruatiuum cor. & ascensor Intro corde dispone. & in noua tibi noualia ut non
 seminis super spinas. sed seminis iustitiae semina sicut salomon. & dauid. hie-
 mas tecum mones. & in lumen nobis lumen scientiae. & ita demum loqui-
 mur de sapientiam in misterio absconditam. cum & in luminantur clarius fue-
 rit lumen accensum. & auditores purgatas aures & corda purificata detu-
 lerint. ut simul & dicentes. & audientes diuina luce radiati. & participes
 horum qua edicuntur. effecti mereamur. In eadem imaginem transformari
 in gloria in gloriam tamquam ad nisi spiritum. Quia ergo ad tentiores uam & pur-
 gatiores per uerbum fecimus auditores. quod si super est quae ad presentem
 sollempnitatem pertinent. disceramus. & communem ducamus festiuitatem.
 cum animabus religiosis & sanctis. Caput ergo & principium sollempnitatis sic.
 memoria di. memore enim effecti. haec est uox laetitiae & salutis in taber-
 naculis iustorum. ubi deo sermo est. & di gloria predicatur. Sane si aliquid
 ex his quae prius diximus. etiam hodie nunc hic sermo presumpserat. nemini
 regum. Neque enim uideatur absurdum eadem se patet repetere. cum eadem